

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

118. An etiam patronatus concessi per privilegium ex causa onerosa,  
nimirum ex aucta dote, saltem ad medietatem, tametsi præservati à  
concilio Trid. cadant adhuc sub reservationes apostolicas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

*n.s. &c.* Dixi ad beneficia non electiva; vi enim di-  
stinarum constitutionum quæcunque concessiones  
& privilegia ante illam Innocentii constitutionem  
principie à 20. Annis & infra, etiam motu proprio,  
cuivis persona, Universitati, Collegio, Marchioni,  
Duciac Regi super jure præsentandi ac eligendi ad  
monasteria & alia quævis beneficia electiva, quæ-  
cunque in causa, & sub quo vis onere & conditione  
concessa, abrogata sint & omnino annullata, etiam si  
conditions, sub quibus concessa verè ac realiter  
servata ac impleta. Lott. n.16.

4. Respondeo tertio: de cetero patronatus con-  
cessi, etiam à Papa, propter augmentum dotis, dum  
ea aucta non est ad medietatem, sed v.g. ad tertiam  
tantum partem, subjacent revisioni & examini Or-  
dinarii, de quo Trid. loc. cit. & nos paulò antè, si  
concessio facta infra annos 40. à die confirmationis  
dicti Concilii; non verò subjacent dicta revisioni, si  
concessio facta ante annos 40. à dicta confirmatio-  
ne. Garc. loc. cit. n.124. juxta expressam sacræ Congreg.  
declarationem, quam ibidem recitat, & decif.  
Rota in una Lucanæ canoniciatis, quam quoque reci-  
tat. Addit etiam n.126. juxta decif. Rota in una Mel-  
phieniæ jurispatronatū. 19. Ianu. 1594. quod jurepatro-  
natū à Papa concessio propter fructus beneficij ad  
tertiam partem auctos debeat præbari implementum  
concessionis; & n.127. quod patronatus concessus à Leone X. Anno 1515. ob augmentum dotis, qua  
130. ducatos non excedebat in annuis redditibus 10.  
ducatorum redditibus, etiamsi hujusmodi imple-  
mentum esset sufficier probatum, adhuc subja-  
ceret regulæ Adrian. 6. qua nimirum, ut Lott. loc. cit.  
n. 16. abrogata fuere privilegia super jure præsen-  
tandi, etiam ad non electiva, nisi eorum fructus, re-  
ditus & proventus audiuerint bonis propriis  
privilegiatorum ad medietatem veri anni valoris.

*Questio 117. An jus patronatū cadat sub re-  
servationes apostolicas: &c.*

1. Respondeo: Reservationes apostolicas benefi-  
ciorum, quæ sunt propter crimen, vel quia  
contingit beneficia vacare apud Sédem apostolicam  
(quamvis de his contrarium sentire videatur Lott.  
cit. q.8. n.98.) vel ob aliam rationem ex juris com-  
munis, vel regularum Cancellaria dispositione, non  
comprehendere beneficia jurispatronatū laico-  
rum quæd eorum presentationem tollendam Less.  
loc. cit. n.32. secus est de beneficiis jurispatronatū  
Ecclesiastici; quod autem dicitur ab eodem ex  
mente glossa in reg. 40. Cancell. comprehendi tamen  
beneficia ista jurispatronatū laicalis, quæd insti-  
tutionem, quæ tunc à Papa peti debet; & non à pra-  
lato, ad quem alias spectant. Covar. loc. cit. n.5. intel-  
ligit de Episcopatibus, Abbatibus, Prioratibus, De-  
canatibus & aliis dignitatibus, quæ Papæ per regu-  
lam secundam reservantur; non verò de beneficiis  
minoribus, ed quod hæc dicat in omnibus reserva-  
tionibus, etiam quæd institutionem esse exempta.

*Questio 118. An etiam patronatus hujusmodi  
concessi per privilegium ex causa onerosa, ni-  
mirum ex aucta dose, saltem ad medietatem tametsi  
preservati, ut dictum à supradicto decreto Concilii,  
cadant nihilominus sub reservationibus apostolicis, precipue regula  
de mensibus?*

1. Respondeo: istiusmodi patronatus laicos, ad  
non electiva nullatenus cadere sub regulis reser-  
vatoriis, etiamsi haemanterint, ut possit provi-

deri pauperibus & aliis personis benemeritis; cum  
tanti non sit faciens favor pauperum Clericorum  
& benemeritorum, ut aliis injuria fiat. Lott. cit. q.8.  
n.28. & 29. Estque in hoc summa æquitas & ratio;  
nam uti parcitur hac in parte patronatibus acquisi-  
tis ex totali dotatione & fundatione, ne laici ab his  
retrahantur, ita etiam parcendum patronatibus ac-  
quisitis ex justo augmentatione dotis; in utroque enim  
casu laicus proprium exhaerit patrimonium in utilitatem Ecclesie, eadémque ideo militat ratio con-  
servandi, quod semel ei concessum est, ac proinde  
tale privilegium corresponditum beneficij talis  
collati in Ecclesiam habens perpetuam commen-  
surationem cum re concessa, ipsum quoque invio-  
labile est, non secus ac contractus celebratus cum  
ipso concedente, ad cuius naturam magis accedit:  
pender enim tunc privilegium non ex concedentis  
auctoritate, sed ex jure alteri quæsito; & in hoc con-  
sistit vis irretractabilitatis & irrevocabilitatis; ita  
ferè Lott. n. 56. & 57. dicens ita quoque ex mente  
Rota notâle Beltramini. ad Gregor. c. 397. Proinde  
non subsistit, quod aliqui plus æquo adversantes  
hujusmodi patronatibus inquirunt apud Lott. n.38.  
nimirum à constitutione Adriani, in qua dicti pa-  
tronatus revocantur, non arguendum ad regulam  
reservatoriam, quæ dicta prima privilegia non ex-  
tinguntur, sed suspenduntur, ac veluti consipit  
tur tantisper, donec reservatio consumatur: quod  
præjudicium dilativum non habetur in tanta con-  
sideratione, nec habet tantum amaritudinis, quæ  
habet extincitio, seu revocatio privilegii: utpote  
quod concessum à principe decet manere, ut ait  
Pontifex c. decr. de reg. iuri. in 6. & per ejus succe-  
sorem non revocari, ut Paris. l. 4. cons. 37. n.4. Nam  
recte quidem procedit hæc differentia inter præju-  
dicium extinctivum juris alterius, & dilativum, ut  
Lott. n.47. Verum in præsenti etiam in ipso articulo  
istius dilationis jurispatronatū, seu potius juris  
præsentandi, usque dum consumatur reservatio, est  
jus quæsumum; secus ac contingit in gratia expecta-  
tiva, dum eā concessā, expectans tantum præterit  
pro una alterâ vice in collatione beneficij; siquidem  
per illam expectant non est quæsumum jus ali-  
quod in re, vel ad rem ante ejus acceptionem.  
Lott. n.48. dum in hujusmodi privilegiis perpetuò  
inseritur decretum; ne adversus hujusmodi pa-  
tronatum ullæ reservationes prevaleant. Lott. n.49.  
Præterea in hac ipsa suspensione includuntur re ipsa  
privilegii revocatio, dum licet non revocetur absolute  
privilegium, ita ut dici possit extinctum &  
peremptum; revocatur tamen promissio illa expli-  
cata, ne subjiciatur reservationibus; siquidem pos-  
ito, quod privilegium contineat promissionem, ut  
tutum sit aduersus reservationes; non potest intra  
reservationem inducatur revocatio; si non destruc-  
tiva privilegii, saltem destruktiva illius pacti, dicitur  
que ideo dispositio revocatoria. Lott. n. 52. juxta  
Bald. in l. si cum nibi. fl. de dol. n. 1. & 2. Quin & dati  
facile potest casus, ut semel apertâ viâ providenti  
per Papam vi reservationis, patronus frustra etiam  
per integrum seculum expectet, ut consumatur re-  
servatio; cum consueverint provideri Curiales, ali-  
ave personæ, in quibus reservationes perpetuantur;  
& præscindendo etiam ab hoc casu, expectandum  
etiam sit, ut vacatio incidat in uno ex 4. mensibus,  
quod durum est, & ejus juris pene totaliter extin-  
ctivum; dum paria reputantur; non habere; & habe-  
re, & frui non posse. Lott. n.59. Et inde gravia scan-  
dala, dum laici vident se auferri sine sua culpa,  
quod

quod multis sudoribus & sumptibus acquisiverunt. Lott. n. 58. Sed neque dici potest, non esse hujusmodi privilegii jurispatronatus (et si ei, ut solet, perpetuo inferatur decretum, ne adversus consilium patronatum ullae pravaleant reservationes) sic interpretandum, ut obster potestate principis, qui semper majorem potestatem reservare sibi censeatur. Nam hic non queritur de potestate, sed de voluntate principis, qui ipse, et si absolute id revocare possit, aut alterare vel differre, minimè tamen ea voluntas præsumitur, ut Surd. cons. 19. n. 50. Et certè cum per dictam concessionem privilegiato jus quæsitum sit, minimè in dubio censetur hoc revocatum velle; cum nusquam illa sit admittenda interpretatio, per quam quis censeatur tollere, quod semel concessit. Lott. n. 49. & 53. Quin & successor, dum expresse nona revocat, quod concessit ejus præcessori, videtur in eadem opinione & voluntate perseverare; nec dicitur tunc obstringi decreto sui præcessoris, sed suâ propria voluntate, Lott. cit. num. 53, juxta Gemin. in c. 1. de proband. in 6. n. 14.

2. De cetero clausula adjecta derogatoria in regulam mensum revocatoria tollit omnia alia privilegia, & jura prætensa per eos, qui sibi vendicant aut solidam collationem, aut præsentationem ex privilegio apostolico, aliòve jure singulari, exceptis his, de quibus in regula. Et hac, etiam si privilegia dicta essent cum clausula derogatoria derogatum, etiam ad futuras regulas, qualia plures, præcipue religiosi (qui non prohibentur habere beneficia, quæ alii conferant in titulum perpetuum) consueverunt obtinere præservativa à reservationibus apostolicis & amplissimis clausulis, quæ tamen omnia per hanc clausulam derogatoriam contentant in regulam mensum censemtent abrogata. Lott. l. 2. q. 38. n. 32, juxta decisi. Ro. & 578. n. 2. p. 1, recent.

*Quæstio 119. An, & qualiter de facto censemtur derogatum juri patronatus per collationem beneficij factam à Papa?*

1. Respondeo primò: dum pontifex confert alii cui beneficium jurispatronatus laicalis, acquisiti de jure communi, hoc est ex fundatione, dotazione, non censorata esse collatio, & pro ista vice derogatum jurispatronatus; nisi id différre in literis per clausulam derogatoriam exprimitur. Pirh. b. i. n. 23. Card. de Luca. in sum. jurispatr. n. 10. Less. de juf. l. 2. c. 34. n. 36. juxta communem Doctorum in c. 2. de prob. in 6, nec sufficit, ut in literis collationis dicatur: Conferimus Perro hoc beneficium, ad cuiuscunq[ue] presentationem vel collationem pertineat, sed exprestè debet derogare patronatu laico, addendo v. g. ad cuiuscunq[ue] presentationem, etiam laici, pertineat. Castrop. loc. cit. n. 4. Less. loc. cit. ex Covar. qq. præc. c. 38. n. 2. Derogatio enim hac, utpote odiola strictè est interpretanda, ut, quantum fieri potest, minimum latait; cum ergo dicta clausula generalis derogatoria intelligi possit de solo patrono Ecclesiastico, ita ut sensus sit ad cuiuscunq[ue], five Episcopis, five eo inferioris, five collegiis, five Universitatibus præsentationem pertineat, non est extendenda ad patronum laicum. Castrop. loc. cit. Quin & si præsentatio spectet ad Regem, Ducem, Marchionem, debet id ipsum exprimi iuxta reg. Cancell. 43. horum enim jus fortius est; utpote qui bene meriti sunt de Ecclesia; ac proinde sub nomine illo generali laici non comprehenduntur. Less. Castrop. l. cit. & apud hunc Azor. p. 2. l. 6. c. 23. q. 3. Idem est;

dum jurispatronatus laicalis, quæsitum est ex augmento dotations, et si enim hoc jurispatronatus sit ex privilegio, & de jure patr. quod constat, seu habetur ex privilegio, opus non sit fieri mentionem in literis collationis; id tamen solùm locum habet in casu meri privilegii, & secus in casu privilegii ex causa onerosa. Lott. cit. q. 8. n. 50. & 51. citans Mohedam de jurepatronatus decisi. 11. Ethicè procedunt de patrone laico, qui bonâ fide patronatum possideret, et si verè patronus non sit; quia dum est in possessione, jus habet quæsitum præsentationis; fructibus enim & commoditatibus rei aliena fruitur professor bona fidei. Castrop. loc. cit. citans Azor. ubi antè. q. 6. Valsq. opus. de beneficis. c. 2 §. 1. dub. 11. n. 28.

2. Secundò similiter, si beneficium est jurispatronatus mixti, non censemtur ei derogatum per clausulam generalem sine expressa & speciali clausula, seu speciali mentione facta patronatus laicalis; perinde ac si esset patronatus purè laicalis. Pirh. n. 13. & Less. loc. cit. n. 40. Covar. loc. cit. n. 4. Castrop. loc. cit. n. 6. citans Azor. ubi antè. c. 26. q. 5. Valsq. dub. 9. num. 24. Gonz. gl. 8. à n. 1. contra Staphil. de literis gratie. tit. de modo & form. imperandi. §. sed dubium n. 3. &c. ed quod par non sit, ut laicus ratione socii Ecclesiastici incommodum in re suo jure individuo patiatur, manente eadem ratione, ne laici à fundatione Ecclesiistarum hæc ratione avocentur. Less. loc. cit. Et licet istiusmodi patronatus mixtus quod ad commoda & privilegia Ecclesiasticus censemtur, quodamdamna verò, onera & penas, & consequenter quodam derogationes & reservationes perinde habeatur ac patronatus merè laicalis; Pirh. loc. cit. Azor. p. 2. l. 6. c. 23. q. 5. Contrarium tamen dicendum, ubi Ecclesiastici sunt plures, v. g. tres & laici duo, tenent Azor. Valsq. Gonz. apud Castrop. n. 7. Less. loc. cit. n. 41. ubi etiam quod si patronatus spectet ad plures merè laicos, non sit rata derogatio, nisi major eorum pars consentiat: verum nec in hoc casu, etiam dum unus esset patronus laicus, & ceteri omnes Ecclesiastici, censeri derogatum esse patronati per dictam clausulam generalem, probabilius tenet Pirh. n. 137. citans pro hac Fagnan. in c. cùm propter. b. tit. n. 26. & seq. ed quod, an patruatus talis mixtus hic & nunc censeri debet Ecclesiasticus, an laicalis; attendendum sit, quanam qualitas in eo casu, de quo queritur, sit magis favorabilis patronatui, & secundum illam judicandum esse Ecclesiasticum vel laicalem; & sic v. g. censemtur laicalis, dum v. g. tres patronorum sint Ecclesiastici, & unus laicus quodam effectu derogationis. Econtra dum tres patroni sunt laici, & unus Ecclesiasticus, censemtur Ecclesiasticus quodam semeferte datum ad præsentandum, cuius (nimur quod in patronatu mixto prævaleat conditio hic & nunc magis favorabilis) hanc dat rationem; quod, dum non privilegiatus concurreat in materia individua cum privilegiato, ille utitur privilegio istius, quod ipsum pluribus exemplis ostendit.

3. Tertiò: dum beneficium est jurispatronatus meri Ecclesiastici, five id competit jure speciali, five etiam jure communi, cadit illud sub reservationibus apostolicis & affectionibus generalibus, & huic jurispatronatus per speciale provisionem derogatum censemtur, quamvis nulla eius mentio fiat in dicta provisione, sed literis collationis. Castrop. loc. cit. n. 5. Card. de Luc. in sum. jurispatr. n. 8. Ucitur enim Papa in hoc jure suo, & nemini prejudicat; nam cum omnium bonorum ac jurium Ecclesiastorum sit supremus moderator ac arbiter; cujus vi-